

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXI. De his quæ consequuntur actus humanos ratione bonitatis,
& malitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. XXI.

In directe. Et hic sensus potest sumi, ut expōitus ab ipsomet inferius in q. 73. art. 2. ad primum, ubi dicit, quod eventus sequens, si sit praeius & intentus, addit ad bonitatem, uel mali-
tiam actus, sicut supra dictum est, cum de bonitate & mali-
tia humanorum actuum ageretur. Et quia in corpore illius articuli, ponit sub non inten-
to in loco indi-
recte, id est, sine direcione, siue
Inferius q. 73.
art. 6. co. Et
q. 9. 99. arti.
2. ad 2. &
artic. 5. ad 2.
Et dist. 40.
a. 4. Et ma-
q. 2. art. 4. &
veri. q. 1. arti.
4. co. & q. 2.
art. 3. cor.
Tex. 39. &
40. tem. 2.

tex. 14. 20.
21. tem. 2.

Ad secundum effectus p. accidens. Ad SECUNDVM dicendū, quod bona, que auditores faciunt, con-
sequuntur ex p̄dicatione doctoris, sicut effectus p. se: vñ redundant ad p̄mum p̄dicatoris, & p̄cipi-
pue quando sunt praesentata.

Ad TERTIUM dicendū, quod eventus ille, pro quo illi poena in flagitia mandatur, & per se sequitur ex tali causa, & iterum ponitur ut pre cogitatus, & ideo impunatur ad poenam.

Ad QUARTVM dicendū, quod illa procederet, si irregularitas se-
queretur culpam, non autem se-
quitur culpā, sed factum propter aliquem defecatum sacramenti,

ARTICVLVS VI.

Vtrum idem actus exterior possit esse bonus, & malus.

Ad SEXTVM sic proceditur. Vr, quod unus actus possit esse bonus, & malus. Motus n. est unus, qui est cōtinuus, ut dī in 5. Phys. * sed unus motus cōtinuus potest esse bonus, & malus, puta, si aliquis continue ad ecclesiam uadens, primo quidem intendat inanem gloriam, postea intēdat Deo seruire. ergo unus actus potest esse bonus, & malus.

T2 Præt. Secundum Philosophū in 3. Phys. Actio & passio sunt vni-
tus actus; sed pōt esse passio bo-
na, sicut Christi: & actio mala, si-
cut Iudeorum, ergo unus actus potest esse bonus, & malus.

T3 Præt. Cum seruus sit quasi in instrumentum domini, actio serui est actio domini, sicut actio in strumenti est actio artificis: sed potest contingere, quod actio serui p̄cedat ex bona uoluntate domini, & sic sit bona: & ex uoluntate mala serui, & sit mala. ergo idem actus potest esse bonus, & malus.

SED CONTRA. Cōtraria nō p̄nit esse in eodē: sed bonū, & malum sunt contraria. ergo unus actus non potest esse bonus, & malus.

Res p. Dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse unum, fīm quod est in uno genere, & esse multiplex fīm quod referit ad aliud genū, sicut sufficiens continua est una, fīm quod cōsiderat in genere quantitatis, tñ est multiplex, fīm quod referit ad genū coloris, si partim sit alba, & partim nigra; & fīm hoc nihil prohibet aliquem actum esse unū fīm qđ referit ad genus naturæ, qui tñ non est unus fīm quod referit ad genus moris, sicut & econuerit, so, ut dictum est. Ambulatio. n.

Art. 3.

ARTIC. I.

continua, est vñus actus secundum genus naturæ, potest tamen contingere, q̄ sint plures secundum genus moris, si mutetur ambulantis voluntas, que est principium actuū moralium. Si ergo accipiat vñus actus, prout est in genere moris, impossibile est, quod sit bonus, & malus, bonitate, & malitia moris: si tamen sit vñus vnitate d naturæ, & non vnitate moris, potest esse bonus, & malus.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ ille motus continuus, qui p̄cedit ex diuersa intentione, licet sit vñus unitate naturæ, non est tamen vñus vnitate moris.

Ad SECUNDVM dicendum, quod actio, & passio pertinent ad genus moris, in quantum habent rationem voluntarij. Et ideo secundum quod diuersa voluntate dicuntur voluntaria, secundum hoc sunt duo moraliter, & potest ex una parte inesse bonum, & ex alia malum.

Ad TERTIUM dicendū, q̄ actus serui, in quantum p̄cedit ex voluntate serui, non est actus dñi: sed solū in quantum procedit ex mandato domini, unde si non facit ipsum malum mala uoluntas serui.

QVAESTIO XXI.

De ijs quæ consequuntur actus huma-
nos, ratione bonitatis, & mali-
tiae, in quatuor articulos
diuisa.

DE INDE consideran-
dum est de his, que cō-
sequuntur actus huma-
nos ratione bonitatis,
uel mali-
tiae.

Et circa hoc quārumq; quatuor.
¶ Primō, Vtrum actus huma-
nos in quantum est bonus, uel
malus, habeat rationem rectitudinis, uel peccati.

Secundō, Vtrum habeat ratio-
nem laudabilis, uel culpabilis.

Tertio, Vtrum habeat ratio-
nem meriti, uel demeriti.

Quartō, Vtrum habeat ratio-
nem meriti, uel demeriti apud
Deum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum actus humanus in quantum est
bonus uel malus, habeat rationē
rectitudinis, uel peccati.

Ad PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod actus humanus in quantum est bonus, uel malus, non habeat rōnē rectitudinis, uel peccati. Peccata. n. sunt monstra in natura, ut dicit in 2. Physic. * mōstra autem nō sunt actus, sed sunt quādā res gene-
ratæ præter ordinem naturæ. Ea aut̄ quā sunt fīm artem & ratio-
nem, imitantur ea q̄ sunt fīm na-
turā, ut ibidem dī. ergo actus ex
hoc, qđ est inordinatus & malus,
non habet rationem peccati.

T2 Præt. Peccatum, ut dī in 2. Physic. * accidit in natura & arte,

cum non peruenitur ad finē in-

Super Questionis
vigesima Artic-
ulum primum.

Non titulo omnium
art. questionis 21.
aduerte, quod cum
queritur, Vtrum a-
ctus humanus, in
quantum bonus uel
malus, habeat hoc,
uel illud, potest in-
telligi illa reduplicatio-
nis nota, Primō, ut determinat
bonitatem, uel malitiam
abolutam, & sic non
sumitur hic, quia hoc
est idem quod quer-
rere de conuenienti-
bus bono, uel malo
absoluto, quod non
spectat ad moralem,
sed metaphysicam,
& effētū fallacē respon-
siones. Alio modo,
ut determinat boni-
tatem, uel malitiam
propriam, seu contrac-
tātam ad actum hu-
manum. Et hic est in-
tentus sensus quā-
tionis, & respon-
sionum, ita quod in-
tendit author querere,
An actus huma-
nus ex sua bonitate,
uel malitia, ut sic, ha-
beat rationem recti-
tudinis, laudabilis,
meritorij etiam apud Deum:
& similiiter peccati,
culpabilis, demeritorij
etiam apud Deum. Et
ut patet in litera,
determinat partē af-
firmationis, ita quod
actus humanus con-
stituitur in esse boni,
uel mali, quā ex cau-
sa formalis, & super
hoc fundatur, quod
ex ordine ad finem
recti, uel peccati, ex
ordine ad efficiens,
laudabilis, uel culpi-
bilis, ex ordine ad alte-
rū meritorij, uel de-
merito.

ARTICVLVS II.

Vtrum actus humanus, in quantum est bonus vel malus, habeat rationem laudabilis, vel culpabilis.

meritorij ratione habet. Et non sunt hac sumenda, ut disparata; sed ut ex additio- ne se habentia. Meritorium namque supponit, & praexigit laudabile, & laudabile rectum, & rectum bo- num moraliter.

¶ 3. *Pret.* Si malitia actus inducet rationem peccati, sequeretur quod ubiqueq; esset malum, ibi es- set peccatum. Hoc autem est falsum: nam poena, licet habeat rationem mali, non tamen habet rationem peccati. non ergo ex hoc, quod aliquis actus est ma- lus, habet rationem peccati.

SED CONTRA. Bonitas actus humani, ut supra ostensum est, principaliter dependet a lege æternæ, & per consequens malitia eius in hoc consistit, quod discordat a lege æternæ: sed hoc facit rationem peccati. Dicit enim Aug. 22. contra Faustum, * quod pecca- tum est factum, vel dictum, vel concupitum aliqd, contra legem æternæ. ergo actus humanus ex hoc, quod est malus, habet rationem peccati.

RESPON. Dicendum, quod malum in plus est quam peccatum, sicut & bonum in plus est quam rectum. Quilibet n. priuatio boni in quoconq; constituit rationem mali: sed peccatum proprie constituit in actu, quod agitur propter finem aliquem, cum non habet debitum ordinem ad finem illum. Debitus autem ordo ad finem sicut aliquam regulam menatur, que quidem regula in his, quae sicut in naturam agunt, est ipsa virtus naturæ, quae inclinat in talem finem. Quod ergo actus procedit a virtute naturali sicut in naturalem inclinationem in finem, tunc seruat rectitudinem in actu, quia medium non exit ab extremis. Actus ab ordine actiū principijs ad finem: quod autem a rectitudine tali actus aliquis recedit, tunc incidit ratio peccati. In his uero, quae aguntur per uoluntatem regula proxima est ratio humana: regula autem suprema est lex æternæ. *Quandocunq;* ergo actus hominis procedit in finem secundum ordinem rationis, & legis æternæ, tunc actus est rectus; quando autem ab hac rectitudine obliquatur, tunc dicitur peccatum. Manifestum est autem ex premisis, quod omnis actus uoluntarius est malus per hoc, quod recedit ab ordine rationis, & legis æternæ: & omnis actus bonus concordat rationi, & legi æternæ. Vnde sequitur, quod actus humanus ex hoc, quod est bonus, vel malus, habet rationem rectitudinis, vel peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod monstra dicuntur esse peccata, in quantum producta sunt ex peccato in actu naturæ existente.

AD SECUNDVM dicendum, quod duplex est finis. Ultimus, & propinquus. In peccato autem naturæ deficit quidem actus a fine ultimo, qui est perfectio generati, non autem deficit a quoconq; fine proximo: operatus enim natura aliiquid formando. Similiter in peccato uoluntatis semper est defectus ab ultimo fine intento, quia nullus actus uoluntatis malus, est ordinabilis ad beatitudinem, quae est ultimus finis; licet non deficit ab aliquo fine proximo, quem voluntas intendit, & consequitur. Vnde etiam cum ipsa intentione huius finis ordinatur ad finem ultimum, in ipsa intentione huiusmodi finis potest inueniri ratio rectitudinis, & peccati.

AD TERTIUM dicendum, quod vnumquodque ordinatur ad finem per actum suum: & ideo ratio peccati, quae constituit in deuiatione ab ordine ad finem, proprie constituit in actu: sed poena respicit p. sonam peccantem, ut in primo dictum est.

A *D SECUNDVM* sic proceditur. Videtur quod actus humanus ex hoc, quod est bonus, vel malus, non habet rationem laudabilis, vel culpabilis. Peccatum contingit in his, quae aguntur à natura, ut dicitur in 2. Phy. * sed tamē ea, quae sunt naturalia, non sunt laudabilia, nec culpabilia, ut dicitur in 3. Ethic. Ergo actus humanus ex hoc, quod est malus, vel peccatum, non habet rationem culpæ: per consequens, nec ex

B *hoc* quod est bonus, habet rationem laudabilis.

¶ 2. *Pret.* Sicut contingit peccatum in actibus moraliis, ita & in actibus artis, quod ut dicitur in 2. Phy. * pec-
cat Græmaticus non recte scribens, & Medicus non
recte dās potionē: sed non culpatur artifex ex hoc,
quod aliquid malum facit, quia ad industriam artificis
pertinet, quod possit & bonum opus facere & malū,
cum voluerit. ergo ut, quod etiam actus moralis ex hoc,
quod est malus, non habeat rationem culpabilis.

¶ 3. *Pret.* Dion dicit in 4. cap. de di. no. * quod malum est

p. 4. 2. m. 6.

infirmitas, & impotens: sed infirmitas vel impotētia,

vel tollit, vel diminuit rōnem culpæ: non ergo actus

mo. 5.

humanus est culpabilis ex hoc, quod est malus.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit, quod lauda-

bilia sunt uirtutum opera: vituperabilia autem, vel

culpabilia opera contraria. Sed actus boni, sunt actus

uirtutis: quia uirtus est, quae bonum facit habentē,

& opus cuius bonum reddit, ut dicitur in 2. Ethic. *

*Cap. 6. in
princip. 2.
mo. 5.*

unde actus oppositi sunt actus mali: ergo actus hu-

manus ex hoc, quod est bonus, vel malus, habet

rationem laudabilis, vel culpabilis.

R E S P O N. Dicendum, quod sicut malum est in plus, quam peccatum, ita peccatum est in plus, quam culpa. Ex hoc enim dicitur actus culpabilis, vel laudabilis, quod imputatur agenti. Nihil n. est aliud laudari, vel culpari, quam imputari alicui malitiam, vel bonitatem sui actus.

Tunc enim actus impuræ agenti, quod est in potestate ipsius, ita quod habeat dominium sui

q. 1. artic. 1.

actus. hoc autem est in omnibus actibus uolunta-

ris: quia per uoluntatem homo dominum sui

& 2.

actus habet, ut ex supradictis patet. * Vnde relin-

quitur, quod bonū, vel malum in solis actibus uolun-

tariis constituit rationem laudis, vel culpæ, in

quibus idem est malum, peccatum, & culpa.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod actus naturales non sunt in potestate naturalis agentis, cum natu-

ra sit determinata ad vnū: & ideo licet in actibus naturalibus sit peccatum, non tamen est ibi culpa.

AD SECUNDVM dicendum, quod rō aliter se habet in artificialibus, & aliter in moralibus. In artificialibus, n. ratio ordinatur ad finem particularem, quod est aliiquid per rationem excogitatum. In moralibus autem ordinatur ad finem communem totius

humanæ uitæ: finis autem particularis ordinatur ad

finem cōm. Cū n. peccatum sit per deuiationem

ab ordine ad finem, ut dictum est, * in actu artis cō-

Artic. I.

tingit dupliciter esse peccatum. Vno modo, per deuia-

tionem à fine cōi humanæ uitæ: & hoc modo, di-

cetur peccare, etiam si intendat facere malū opus,

& faciat p. hoc ut alius decipiatur. Sed hoc peccatum

non est proprium artificis, in quaī artifex, sed in-

quaī homo est. Vnde ex primo peccato culpat

artifex

QVAEST. XXI.

artifex in quantum artifex; sed ex secundo culpatur homo, in quantum homo. Sed in moralibus, ubi attenditur ordo rationis ad finem communem humanae vitaes, semper peccatum, & malum attenditur per deviationem ab ordine rationis ad finem communem humanam uitam; & ideo culpatur ex tali peccato homo & in quantum est homo, & in quantum moralis est. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethic. * qd in arte uolens peccans est eligibilior, circa prudentialia autem minus: sicut & in uirtutibus moralibus, quarum prudentialia est directiva.

AD TERTIVM dicendum, quod illa infirmitas, quae est in malis uoluntatibus, subiacet potestati hominis: & ideo nectollit, nec diminuit rationem culpe-

Cap. 5. circa finem, rō
mo 5.

2. dif. 4. art.
5. Et 4. dif.
16. q. 3. art.
1. q. 3. ad pē
mū. Et māl.
q. 2. art. 3. ad
tercium.

**¶ Super. Quæstio. 21.
Art. tertium.**

ARTICVLVS III.

Vtrum actus humanus in quantum est bonus, uel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti.

A D TERTIVM sic proceditur. Videatur, qd actus humanus non habeat rationem meriti, & demeriti propter suam bonditatem, uel malitiam. Meritū n. & demeritum dicitur per ordinem ad retributionem, quod locum solum habet in his, quae ad alterum sunt: sed non omnes actus humani boni, uel malorum, ad alterum, sed quidam sunt ad scipsum. ergo non omnis actus humanus bonus, uel malus, habet rationem meriti, uel demeriti, uel demeritorum: sed existentis in statu gratiae. Primo uero modo non omnis actus humanus est meritorius, uel demeritorius, sed existentis in statu gratiae. Primo uero modo non omnis actus humanus est meritorius, uel demeritorius: & ut præseruare se aucto, addidit, quantum est ex ipsa ratione actus. Et hoc intellige loquendo de merito vita eterna, seu simpliciter apud Deum. Latissime, n. loquendo de merito, omnis actus bonus retributione, & malus punitione explicetur. Et quoniam difficultas illa, an omnis actus existentis in gratia sit meritorius, uel demeritorius respectu uita eterna, ex precepto charitatis penderit: & inferius de his erit sermo in quæstionem: idcirco illuc usque diffundantur solvenda argumenta Scotti in quolibet, quæstio. 3. Dicite iustum, quoniam bene: quoniam fructum adiuventionum suarum comedet. Vx impi in malum: retributione enim manuum eius ficit ei.

R E S P O N S U M . Dicendum, qd meritum, & demeritum dicuntur in ordine ad retributionem, quæ fit secundum iustitiam. Retributio autem secundum iustitiam fit alicui ex eo, quod agit in profectum, vel nocum etum alterius. Est autem considerandum, qd unusquisque in aliqua societate uiuens, est aliquo modo pars, & membrum totius societatis. Quicunque ergo agit

ARTIC. III. ET III.

F aliquid in bonum, uel malum alicuius in societate existentis, hoc redundat in totam societatem: sicut qui laedit manum, per consequens laedit hominem. Cum ergo aliquis agit in bonu, uel malum alterius singularis personæ, cadit ibi duplicitate ratio meriti, uel demeriti. Vno modo, secundum quod debetur ei retributio a singulari persona, quæ iuuat, uel offendit. Alio modo secundum quod debetur ei retributio a toto collegio. Quando uero aliquis ordinat actu suum directe in bonu, uel malum totius collegii, debetur ei retributio, primo quidem, & principiter a toto collegio: secundarij uero ab omnibus collegij partibus. Cu vero aliquis agit quod in bonum propriu, uel malu uergit, et debetur ei retributio, in quantum est hoc uergit in cõs, sm quod ipse est pars collegij: licet non debetur ei retributio, in quantum est bonum, uel malu singularis persona, quæ est ead agenti, nisi forte a sciplo l'm quandam similitudinem, prout est iustitia hominis ad scipsum. Sic igitur patet, qd actus bonus, uel malus habet rationem laudabilis, uel culpabilis l'm quod est in potestate uoluntatis: rationem uero retributionis, & peccati l'm ordinem ad finem: rationem uero meriti, & demeriti secundum retributionem iustitiae ad alterum.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod quandoque actus hominis boni, uel mali, et si non ordinantur ad bonum, uel malum alterius singularis persona: tamen ordinantur ad bonum, uel ad malum alterius, quod est ipsa communitas.

A D SECUNDVM dicendum, qd homo, qui habet dominium sui actus, ipse est in quantum est alterius, scilicet communis, cuius est pars, meretur aliud, uel demeretur, in quantum actus suos bene, uel male disponit: sicut etiam si alia sua, de quibus communiter seruire debet, bene, uel male dispensat.

A D TERTIVM dicendum, quod hoc ipsum bonum, uel malum quod aliquis sibi facit per suum actum, redundat in communitate, ut dictu est. *

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actus humanus in quantum est bonus, uel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

A D QVARTVM sic proceditur. Videatur, qd actus hominis bonus, uel malus, non habeat rationem meriti, uel demeriti per comparationem ad Deum: quia, ut dictu est, * meritum & demeritum importat ordinem ad recompensationem profectus, uel danni ad alterum illati: fed bonus actus hominis, uel malus non cedit in aliquo profectum, uel damnum ipsius Dei. dicitur enim Iob. 35. Si peccaveris, quid ei nocebis? porro si iuste egerris, quid donabis ei? ergo actus hominis bonus, uel malus non habet rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

¶ 2 Præt. Instrumentum nihil meretur, uel demeretur apud eum qui utitur in isto, quia tota actio instrumenti est utentis ipso: fed homo in agendo est instrumentum diuinæ virtutis principaliter ipsum mouetis: vnde dicitur Isa. 10. Numquid glorabitur securis contra eum qui fecerit in ea? aut exaltabitur ferra contra eum a quo trahitur? ubi manifeste hominem agentem comparat instrumento. ergo homo bene agendo, uel male non meretur, uel demeretur apud Deum.

¶ 3 Præt. Actus humanus habet rationem meriti, uel demeriti, in quantum ordinatur ad alterum: sed non ois actus humanus ordinatur ad Deum. ergo non ois actus boni, uel mali habent rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Eccl. vi. Cū claque

Et quae sunt, adducet Dens in iudicium sive bonum, sive malum: sed iudicium importat retributionem, respectu cuius meritum, vel demeritum dicitur. ergo omnis actus hominis bonus, vel malus habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

A R T I C U L U S . Dicendum, q̄ sicut dictū est, * Actus aliquis hōis hēt rōnem meriti, vel demeriti, scdm qd̄ ordinatur ad alterum, vel rōneos; vel rōne cōs: vtroqueāt modo actus nostri boni, vel mali ha- bēt rōnem meriti, vel demeriti apud Deum. Ra- tione quidem ipsius, inquātum est ultimum homi- nis finis: est autē debitum, ut ad finem ultimū oēs actus referantur, ut supra habitum est. unde qui facit actum malum non referibilem in Deum, nō seruat honorem Dei, qui ultimum fini debetur. Ex parte vero totius cōitatis uniuersi, quia in qualibet cōicatione illi, qui regit cōitatem, praeipue hēt cu- ram boni cōs: unde ad eū pertinet retribuerē pro his, q̄ bene, vel male fiunt in cōitate. Est autē Deus gubernator, & rector totius uniuersi, sicut in pri- mo habitum est: * & specialiter rationalium crea- turarum. Vnde manifestum est, q̄ actus humani habent rationem meriti, vel demeriti per compa- rationem ad ipsum: alioquin sequeretur, quod Deus non haberet curam de actibus humanis.

A D P R I M U M ergo dicēdū, q̄ per actum homi- nis, Deo secundum sc̄ nihil potest accrescere, vel deperire: sed tamen homo, quantum in se est, ali- quid subtrahit Deo, vel ei exhibet, cū seruat, vel non seruat ordinem, quem Deus instituit.

A D S E C U N D U M dicendum, quod homo sic mo- uetur a Deo, ut instrumentum, quod tamen non excludit quin moueat seipsum per liberum arbitriū, ut ex supradictis patet: & ideo per suum actum meretur, vel demeretur apud Deum.

A D T E R T I U M dicēdū, q̄ homo non ordinatur ad cōitatem politicam secundum se torum, & fīm omnia sua, & ideo non oportet, q̄ quilibet actus eius sit meritorius, vel demeritorius per ordinem ad communitatem politicam. Sed totum quod ho- mo est, & quod potest, & habet, ordinandum est ad Deum: & ideo omnis actus hominis bonus, vel malus habet rationē meriti, vel demeriti apud Deum, quantum est ex ipso ratione actus.

QVASTIO XII.

*Super Quæstio. vi-
simisecunda arti-
culum primum.*

*De subiecto passionum animae, in tres
articulos divisa.*

C irca rationē passionis ma- gis aperte af- signandam in 1. arti. 22. q̄ dubium occur- rit: quia cū omnis passio animae, de qua est lērno, sit cum ali- quā diſconuenienti transmutatione cor- porali (quoniam o- portet motum cor- di a naturali suo mo- tu aliqualiter re- cedere) lequitur. q̄ omnis passio est cu- tra mutatione in de- teriori, & nulla sit in melius. **Ad hoc dicitur, q̄ abolute loquēdo, cō- cedendum est, quod omnis passio animae est cum aliqua pter-*

Utrum aliqua passio sit in anima.

Scđo, Vtrum magis in parte ap- petitiva, quam in apprechensiva.

Tertio, Vtrum magis sit in ap- petitu sensitivo, quam intellec- tivo, qui dicitur voluntas,

ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum aliqua passio sit in anima.

A D PRIMVM sic proceditur. Vf. q̄ nulla passio sit in aia. Pati. n. est proprium materiae: sed aia non est cōposita ex mate- ria, & forma, ut i primo* habitū est. ergo nulla passio est in aia. ¶ 2 Prat. Passio est motus, ut d̄ in 3. ¶ Phy. sed anima non mo- uetur, ut probatur in 1. de Aia. ergo passio non est in anima.

C 3 Prat. Passio est via in corrup- tionem, nam omnis passio ma- gis facta, abiicit a substantia, ut dicitur in lib. * Topicorum, sed anima est incorruptibilis. ergo nulla passio est in anima.

SED CONTRA est, qd̄ Apost. dicit ad Ro. 7. Cū escamus in carne, passiones peccatorū, q̄ per legē erant, operabantur in membris nřis, peccata autē sunt proprie in aia. ergo, & passiones, q̄ dñr peccatorum, sunt in anima.

R E S P. Dicendum, q̄ pati d̄ tripliciter. Vno modo cōiter, secundum quod omne recipere est pati, et si nihil abiiciatur a re, sicut si dicatur acerem pati, q̄n il- luminaur, hoc autem magis est perfici, q̄ pati. Alio modo dictur proprie pati, q̄n aliquid recipit cum alterius abiictione, sed hoc contingit duplíciter. Quandoq; n. abiicitur id, quod non est conueniens rei: sicut cū corpus animalis sanatur, dicitur pati, quia recipit sanitatem ægritudine abiecta. Alio modo, q̄n econseruo contingit, sicut ægroare dicitur pati, quia recipitur infirmitas sanitate abiecta, & hic est propriissimus modus passionis. Nam pati dicitur ex eo, q̄ ali- quid trahitur ad agentem, quod autem recedit ab eo, qd̄ est sibi cōueniens, maxime v̄ ad aliud trahi. Et s̄l in 1. de genit. *

d̄, q̄ q̄ ex ignobiliori genera- tur nobilis, est generatio sim- plicer, & corruptio secundum quid; cōuerio autem, q̄n ex no- bili ignobilis generatur. Et his tribus modis contingit esse in anima passionem: nam fīm re- ceptionem tm̄ d̄, q̄ tentire, & intelligere est quoddam pati. Passio autē cum abiictione non est, nisi fīm transmutationē cor- poralem: unde passio propriè di- ta, non pōt competere aia nisi per accidens, inquantū. cōpo- situm partitur. Sed in hoc est di- uersitas; nam q̄n hm̄i transmu- tatio sit in deterius, magis pro- prie hēt rationē passionis, q̄

naturali mutatione, quia cordis motus intēditur, aut remitti- tur a suo naturali motu: & ex hoc illa opera anime, que uo- camus, eius passio- nes, habēt rationē & nomen passionis.

Verū quia inter p̄- ternaturales muta- tiones datur lati- do, & minus mala re spētu, magis mala habeat rationē me- liorissimō passiones ille, que ad peius de- clinant, magis proprie passiones dicun- tur. Declinat autem in peius mutations illa quae sunt mate- ria passionum consi- stentium in figura, seu & medium.

tex. 19. 26. 21. & seq.

Lib. 6. cap. 22. inter prime.

& medium.

retractione, ut timor & tristitia, quā illa, quae sunt materia passionum consi- stentium in extēsione, seu

prosecutione, ut a- mor & latitudo; quia vita humana consi- stit in utili exten- sione cordis ad totū corpus. Et propte- rea in litera dicitur,

quod tristitia habet magis rationē pa- ssionis, quam latitudo.

Illa enim prater na- turalitatem folia in- tensioris motus, ha- beret: illa ultra prater naturalitatem re- missioris motus, ha- beret motum contra- riū vitali exten- sioni cordis ad corporis partes. Ex eadem quoque radice, sc̄li- licet maiori recessus à naturali passione, quęcūque inten- se habent magis ratio- nem passionis, quam remisse: motus enim corporalis maior ibi intēnit. Hec au- tem quae dicimus, notanter diximus ab- solute dici: quoniam

si esset sermo non

ab solute, sed in ordi- mo 2.

ne ad hunc melan- cholicē, vel sic quo- modolibet dispositum, nihil prohibere

videatur, quod trans- mutatione oppōsite pa- ssionis, puta, latitudo,

sit naturalis simpliciter etiam illi: prater-

naturalis autem huic,

sic, nunc, inuenio. Al-

teri enim extremo

non solum extremū,

sed medium opponi-

tur: ut dicitur in 5.

Phy. & in otus cor-

dis qui huic, nunc,

sic &c. est intenſior,

simpliciter etiam ip-

si bene disposito po-

test esse naturalis: